



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Herodiani sceleris exsecratio. Horatianum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

Gemmasque & aurum squalor ater incester
 Quod innocentē vate sanguis insperbit,
 Nec parricidis tuta sit quies usquam,
 Vbiq[ue] mors, vbiq[ue] terror incurset.
 Terror minace torre atrocis Alectus.
 Adulterini conscius torus probri,
 Ambos scelestos obtuas ruinoso
 Versus sepulcro, abrupta vel repentinam
 Tellus dehiscat in Charybdim, utrumque.
 Orcus voraci ut crimen hauriat flagno,
 Cui sempiternis deflagrat rogis sulfur,
 Putrem ut mephitim putidæ lupæ exurat,
 In expiatio & sanguini parentales
 Flamas reseruet ira parricidalis
 Vindex furori, quæ mori vetat moriem.

Herodiani sceleris exsecratio.

Horatianum.

F Vnesta diro crimina ferculo
 Alter Thyestes cœnat, & Atreus
 Et parricidales cruento
 Delicias epulo resorbet.
 Nec ima tellus mugit, & anxi
 Dehiscit orco ? saucia lugubri
 De cœde variis, & scelesto
 Ludibrio, choreæ que ludo ?
 Caliginosissque inuoluit gemens
 Nimbis nefastum denuo sol diem,
 Ut stare vedit exsecrandâ
 Lance caput necis in pudorem ?
 Quis purpurascens tum cyathus mero
 Non hos ad ausus palluit impios ?
 Quis non torus de tam nefando
 Artonitus tremuit piaclo ?
 Crudele mollis crimen id audeat
 Pellex, choreæ Dux Amathuntidi ?
 Id quod vel exsecratur orcus
 Tergeminæ ad rabiem Megæra ?

B v

Circa

Circa tremendum peruolitare torum
 Minæ, furores, insidiæ, metus,
 Iræ, dolores, adde visu
 Horribiles per opaca formas.
 Quas inter atro stat capit horridum
 Tabo, & corusco lumine fulminat,
 Atque inuerecudos minaci
 Increpitat thalamos hiatu.
 Periculosa ludit in alea
 Incesta quisquis crimina luserit,
 Vis vrget intempesta Diuūm
 Turpe nefas rapidis quadrigis.
 Et de securi cui rubet innocens
 Cruor, cruentas Eumenidum faces
 Excludit vltor fulminandum
 In caput igniuomo sub imbri.
 Hic quæ proteruo læta volubiles
 Iam lena ludo sollicitat Chorus,
 Æternitatis stare puncto
 Serò gemet choreæ tot orbes.

Ioannis imago è plurimis Indicis.
Trochaicum.

CVi prius sagum cameli
 Hispidis pilis rigebat;
 Mollibus nitere plumis
 Iam vides. Putasne texit
 Byssinam quasi lacernam
 Plumeis comis columba,
 Discolora picta collo,
 Quæ sacræ refulgit vndis?
 Sic opinor: huic amœnum
 Artifex amor laborem
 Adstruit suo magistro,
 Qui tot imbuit decoris
 Moribus viros nurusque
 Byssinis stolis ut olim.
 Induat, simul coronis.

Ioannis